

Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

Illvstrivm Virorum Epistolae, Hebraicae, Graecae et Latinae, Ad Ioannem Reuchlin Phorcensem virum nostra aetate doctissimum diuersis temporibus missae

Reuchlin, Johannes

Hagenoae, 1519

Georgius Gemminger doctor, praepositus ecclesiae spirensis, Ioanni Reuchlin Phorcensi. S. D. P.

[urn:nbn:de:bsz:31-270838](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:bsz:31-270838)

IO. REUCHLIN LIBER PRIMVS

In te studia officiaq; expecta, nō fallam operā tuam. Quod si ad pri
ora beneficia addere uelis, oro non defatigeris uenire ad me, pau
cisq; diebus tuis rebus abesse. Habeo em̄ quæ conferre tecum ani
mus est. Deinde me uti poteris ut uelis. Vale foeliciter. Ex Tubingen
in die sancti Iacobi apostoli. Anno M. cccc. lxxxix.

Georgius Gemminger Doctor, praepositus ecclesiæ
Spirensis, Ioanni Reuchlin Phorcensi. S.D.P.

Iucundissimæ tuæ mihi fuerunt literæ, quibus petis ut librū de bel
lis Germanicis ad te mittam, si huiusmodi liber aliquis apud me
esset, continuo ad te cōuolaret. Nihil est em̄ quod tibi negare ob
excellētē doctrinā tuā ausim, aut ob inueteratā amicitia nostram
possim. Fateor apud me esse epistolā, & si iudicio meo epistolæ mo
dum excedat, nondum emendatā Sebastiani Murrhonis. Eam tibi
mitto libens ea lege ut tua sit perpetuo. Apud eundē Sebastianum
opera Ioannis Camerarii Dalburgii Vuormaciē. episcopi latitat
codex autoris qui dem mali, Sed de rebus Germanicis scribētis, aliā
uidisse me non memini. Verū tui chronicarū scriptoris doctoris Io
annis Vergen, si nō molestū est fac lucubrations uideā, ut inter Pla
tonis Plotiniq; lectiones philosophicas habeā quo oblecter. Si quic
quā est q̄ hinc uelis, tuū est scribere. Ego em̄ quod iusseris per amice
effectum dabo. Raptim ex Vuormacia iii. Nonas Decembres.

Iodocus Gallus Rubeaquensis Theologiæ doctor
Ioanni Reuchlin Phorcensi. S.D.P.

Inuētus est q̄ ad nos Cursū græcū referret, inuētus est & is quoq;
qui piscē expectatū emeret, sale cōdirer, & missiōis mandatū p̄sto
laret. Rediit ad nos quē manu lætus apprehendi psalmorū græ
cæ linguæ liber redibit & ad te dū iusseris emptus tibi Salmo. Nec
Iodoci neq; Reinardi negligentia accusabis, dū diligentia & fidem
in discipulos tuos fidelem exhibuisti. Ego quidē spero nos ea in re
uoto tuo gessisse morem, si animū nostrum intuearis. Sin casu quo
dā aduerso secus euenierit, ita eueniet ut nolumus. Tu nescio qua
uel fraude uel astutia nostri cōdiscipuli (dicerē uerius praeceptoris)
Religiosi Ioannis Cūn, effecisti ut ad nos rediret optatus summa
auiditate uirginalis cursus, qui tū præter morem aucupandi libros
quem a te non dico didicimus sed audiuius, redibit maturo & op
tato tempore. Ne quid tamē nimis, hoc est ne nimis ad reperēdum